

Reisacher, Bartholomaeus

De mirabili Novae ac
splendidiss: stellae,
mense Novembri anni
1572, primum conspectae,
ac etiam nunc apparentis,
Phoenomeno, ...

Viennae: Stainhofer [Drucker] 1573

Hauptbibliothek
I-207894

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the "Select Tool" in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the "Snapshot Tool" from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

Universitätsbibliothek Wien

I

207.894

A



~~27.25.~~

L 15 D

Adligata sunt:

1. Ostermann, Joh. Erich: Dissertatio de astrolabia
2. Mengotti, Fr: Demonstratio de parallaxi com
cometae obscuri Viennae 1680.
3. Reisacher: De mirabili novae stellae anni
1572 phaenomeno.
4. Stuck: Prognosticon de anno 1588.

DE MIRABILI
Nouæ ac splendidiss:
Stellæ, Mense Nouembri anni 1572,
primùm conspectæ, ac etiam nunc ap-
parentis, Phœnomeno,

IVDICIVM, ET PROGNOSTICON
SCRIPTVM: AD

SERENISS: AC POTENTISS: PRINCI-
pem ac Dominum, Dominum RHODOLPHVM Dei gra-
tia, Regem Hungariæ, Archiducem Austriæ, &c.

PER
BARTOLEMÆVM REISACHE-
rum, Medicinæ Doctorem, Xenodochij Cæs:
Physicum, ac Mathematicum
Viennensem.

ADIVNCTA EST BREVIS COMMENTATIO
de eadem Stella, Thaddæi ab Hayck, A: Rom: Cæs:
Matre: Medici.

VIENNAE AVSTRIAE EX OFFICINA
Typographica Caspari Stainhoferi,
Anno M. D. LXXIII.

Authoris Distichon.

Inclinant equidem, sed non te sydera cogunt:
Parenti imperio, si sapias, ipsa tuo.

SERENISSI-
MO, POTENTISSIMOQ;
PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
RHODOLPHO REGI HUNGARIAE, AR-
chiduci Austriae, Duci Burgundiae, &c. Do-
mino suo clementissimo.

Non ignoro equidem, Rex InclYTE ac Sereniss. Do-
mine clementiss: quanta sit ingenij humani, in inuestigandis na-
turae mysterijs imbecillitas. Quod non immerito mentes no-
stras aspicientes rerum naturam, veluti noctuas in luce diurna caligare
Aristoteles asserat: Et quod doctiss: quosq; Philosophos, dum rerum
naturalium causas rimantur, grauter hallucinari saepius contingat.
Vnde quidem & ego, qui vix illorum umbram assequor, audacia ac
presumptionis merito insimulari possim, qui eiusmodi occultorum Dei
& naturae mirabilium causas & effectus indagare ac explicare non
verear. Sed ne rerum difficultate ac obscuritate omnino absterrea-
mur: Immo (ut recte & sapienter nos admonet Ptolemaeus) in tanta
& diuina professione, grato animo, tantum, quantum assequi possumus
amplectamur, licet omnium certas demonstrationes habere non semper
possimus, tamen probabilia & eruditorum hominum observationibus
& iudicio comprobata, rationi deniq; & veritati consona fastidire mi-
nime debemus. Cum igitur mensibus praeteritis, Deus Opt: Max: ex ar-
cano suae Maiestatis diuinae consilio, rursus nobis Sydes quoddam inso-
litum, & splendidum, nec non prodigiosum, in coelo spectandum exhi-
bisset, ac de illo diuersae diuersorum sententiae, iactarentur, vari aq;
aliorum quorundam Mathematicorum iudicia circumferrentur: Tan-
demq; & ego, tanquam Astrologicae artis ac Mathematicum in hoc
Viennensi gymnasio professor, quidnam de illa noua apparentia sentirem,
a plerisq; non saltem vulgaribus sed insignibus ac magna auctoritatis

viris, interrogarer: nec etiam obscuris argumentis intellexissem, me
non saltem Regiæ tuæ, verum etiam Cæs: Maiæ: rem non ingrati sa-
lutarum, si meam de hac apparentia sententiam ac iudicium aperirem,
aliquidq; differerem: Ut Sacrae suæ Cæsareæ, tuæq; Regiæ Maiestatis
voluntati, aliorum deniq; insignium virorum petitioni satisfaciam: hoc
deniq; officij mei (qui aliquot iam annis Prognosticationibus Astrolo-
gicis conficiendis & edendis operam nauau) rationem exigere existi-
mem: Re illa cum alijs Philosophis & Mathematicis, maxime autem
D. Thaddæo ab Hayck A. Cæs: Maiæ: Medico, cuius etiam de ea-
dem stella Commentationem ad me scriptam sub finem subiunxi, & D.
Paulo Fabricio, Cæsareæ Maiestatis Mathematico, collata: difficulta-
te rei minime deterritus, de illa etiam aliquid proferre ac scribe-
re, ipsiusq; pro ingenij mei captu ac tenuitate, causas, effectus alias
deniq; circumstantias explicare constitui. Cæterum, cum eiusmodi coe-
lesti portenta, magnarum proculdubio rerum, in hoc mundo (attestan-
tibus ac comprobantibus id hystorijs) prænuntia omnibus quidem,
sed maxime summis Monarchis, Regibus & Principibus, sint conside-
randa: Faxq; adeo ista coelestis splendidiss: statim post tuam illam in
Regem Hungariæ inaugurationem ac coronationem, accensa sit: Idq;
ut omnes speramus ex animoq; precamur, bono omne: Quandoqui-
dem cum alijs stellis imaginem crucis representans, ex parte crucife-
rorum, ac Christianorum, contra crucis osores stare videtur: Hoc
quicquid est Opusculi, Regiæ tuæ Maiestati in humilime meæ obseruan-
tiæ signum & testimonium offerre volui, idq; quam humilime offero,
dico ac dedico. Ac ut Regia tua Maiestas, pro solita ac innata sua be-
nignitate, quam clementiss: accipiat, pro opportunitate sua legat, me
insuper & studia mea cōmendata habeat, quam humilime oro. Viennæ
Austriæ ex Museo nostro, Die 19. Aprilis, Anno M. D. LXXIII.
Sacrae Regiæ Mai: tuæ

Humilimus ac subdiiss:

Barptolemaus Reifacher
Medicinæ Doctor.

PRŒMION,
CONTINENS
HISTORICAM HVIVS

apparentiæ descriptionem, totiusq;
tractationis distributionem. & ar-
gumentum.

QUoniam omnis quæ de aliqua re
lucipitur ac instituitur tractatio, à defini-
tione vel descriptione exordium suum sumere
debet, vt cognoscatur & sciatur illud, de quo agi-
tur: Tractaturus de nouæ istius stellæ apparentia,
Historicam ipsius descriptionem in primis præ-
mittendam ac considerandam esse existimo. Est
igitur apparentia illa corpus quoddam lumino-
sum, splendidum, quantitate stellas primæ magni-
tudinis adæquans, aliquas etiam exuperans, co-
lore ex candido ac aureo fuluescenti Iouem, sub-
rutilanti autem Martem Chronicum quodam-
modo referens, in parte illa Septentrionali, & cir-
ca polum Arcticum in imagine Cassiopææ, sin-
gulis noctibus, ab aliquot nunc mensibus sese
ostendens, Motu autem saltem vnico, eoq; diurno,
in eadem cum reliquis stellis circumstantibus

semper distantia, per sese autem immobile, circum
polum se reuoluens. De hac autem apparentia,
cum variæ ac diuersæ sint sententiæ & opiniones:
Quidam enim Planetam, quidam Cometam, qui-
dam non Cometam sed stellam nouam regionis
æthereæ, quidam non nouam equidem, sed in ali-
quot centum vel mille annis saltem aliquando ap-
parentem, Quidam eandem veleiusmodi stellam
quæ Magos ad Christi cunabula deduxit, quidam
vaporē, seu vt Aristoteles loquitur, concretionem
aliquam, alicui stellæ & visui nostro interiectam,
radiosq; visuales disgregantem, stellamq; aliquam
paruam sub maiori quantitate repræsentantem,
Quidam deniq; stellam quandam, propter aëris
crassiciem latentem, aëre autem iam propter ma-
ximum illud & constans frigus, subtiliore facto
se se visui exhibentem, esse putabant: adhucq; ma-
ximè autem de eo, an sit de natura coelesti pere-
grinaq; stella, vel de elementari, inter doctos sub
iudice lis sit: Opinionibus istis omnibus in medi-
um adductis, examinatis & inter sese collatis, pro-
pria deniq; quam prius habui, tandem etiam alte-
ra, quam reiecta illa priori, ex diligentioribus ob-
seruationibus ac considerationibus, mihi concepi,
in medium (suo tamen cuius iudicio relicto) pro-
lata, de significationibus secundū Ptolomæi, alio-
rumq; Astrologorum doctrinam & sententiam
paucis differam, Prognosticonq; subiungam. Vbi
quidem

quidem si non in omnibus, & omnibus satisfacero, neq; scopum ipsum fortassis attigero (non enim pro axiomatibus ac Theorematibus, diuinisq; oraculis, ea omnia quæ scribo hic ac profero, vendito:) Tamen rationi ac veritati non omnino dissona me prolaturum, sed hoc ad minimum hac mea dissertatione effecturum spero: vt alij me doctiores, doctius & exactius hac de re scribendi ac differendi ansam arripiant. Quibus quidem probabilia adducturis libenter cesserò. Vt sic argumentis hinc inde ventillatis, veritas ipsa eruat & innotescat.

PARS PRIMA.

Continens varias ac diuersas de hac apparentia coelesti opiniones & sententias.

QUANDO QUIDEM totius huius quæstionis cardo maximè in eo versetur: An apparentia illa sit de natura coelesti vel elementari, aliæ autem quæstiones omnes, ex illa tanquam fonte manare videantur, Illa sanè primum omnium, & principe quidem loco nobis definienda ac determinanda est, idq; conuenienti Philosophiæ modo, argumentis tum Physicis tum Mathematicis.

Primò igitur argumenta eorum, qui stellam hanc de natura elementari, & verum Cometam, flammamq;

flammamq; in aëre existētem esse existimant, hæc sunt. Quoniam stellarum totius machinæ cœlestis aliæ sunt, orbi octauo affixæ, quarum numerantur & cognoscuntur ab Astronomis 1022. aliæ autem erraticæ, septeni videlicet, quos appellamus Planetas, quorum quilibet in sua propria Sphæra, ut gemma in annulo contineri dicitur: Illa autem stella neq; sit fixa, cum & magnitudine & splendore; & colore, nec non motu, alijsq; accidentibus & passionibus ab alijs stellis longe discrepet: Neq; etiam erratica, Ipsa enim per integram noctem in suo illo loco splendente, planetæ quinque omnes, (& ipse quidem Mercurius, de quo dubitari fortassis possit) aliquando proprijs suis locis conspici poterant: Habeant deinde planetæ regulares & periodicos suos motus sub Zodiaco, cuius limites nunquam excedunt, semperq; oriantur & occidant: Cum apparentia illa, ab Ecliptica 54. circiter gradibus, ut ex observationibus colligitur distans, nunquam sub horizontem mergitur: Necessario consequi videtur, ipsam esse de natura elementari, & aliquem ex Cometis.

Licet autem neq; crinitæ neq; caudatæ, neq; alterius cuiusdā eiusmodi aëreæ impressionis formam ac speciem repræsentare videatur, propter sparsos tamen crines, quod quodammodo scintillulas, præsertim tempore matutino, ipsa adhuc maiori exultante diffundere, videbatur: Crinitam
ipsam

ipsam & esse, & bene appellari posse, absurdum non videtur. Et quidem si descriptionem Rosæ, (scilicet quòd in altitudine vel è regione Solis gigni prona, quòd insigni lumine prædita, quòd vultum humanum cum breui cauda, aliquando repræsentasse visa sit: quòd flammam purpuream ac auream ostenter,) considerare volumus: & si non in omnibus, tamen in multis, & pluribus quidem, eiusmodi rosæ similis esse videtur: Respectu enim altitudinis Solis, quamquam locus eius verus sit in signo Tauri, cum tamen in coluro æquinoctiorum quàm propinquis: sita sit: Ipsa eodem modo, quemadmodum stellæ, vel partes cœli mutuo, ac inter sese per circulos positionum coniungi ac conuenire dicuntur, cum principio Arietis, in quo videlicet Sol altitudinem seu exaltationem suam habet, conuenire censetur.

De luce nemo dubitat, cum reliquas stellas etiam lucidiss: si non exuperare, tamen adæquare visa sit. Vultum autem humanum non ita intelligendum, quòd oculos, nasum, os, veluti Solis & Lunæ corpora à pictoribus depinguntur, repræsentare debeat: sed quemadmodum hominem aliquem amabilem, placidum, benignum, humanum appellamus: Ita sanè & hanc stellam, à placido, quem quodammodo diligenter aspicienti exhibet aspectu & intuitu, humanum vultum, præ se ferre existimatur: cùm alios Cometas vel

horribili, vel tristi quodammodo vultu sese, ut plurimum exhibuisse legimus & vidimus. Testatur hoc flamma, licet non omnino purpurea, quasi tamen ex aureo & candido subrutilans. Quod autem caudam non habet, nihil nos afficit: quis enim in omnibus, quotquot hactenus apparuerunt Cometis, omnimodā similitudinē requirat?

Porro si etiam partem cœli in qua consistit, consideramus, scilicet Septentrionalem in via lactea, est illa generandis Cometis conuenientiss: ac familiariss: Contendunt & approbāt hoc apud Aristotelem, Hyppocrates Cous & discipulus eius Æschylus, Confirmat id idem Plinius naturalis hist. lib. 2. ca. 25. inquit: Omnes ferè sub ipso Septentrione, aliqua eius parte non certa, sed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Subscribit his omnibus, rationemq; ipsius reddit Seneca, sic dicens: Circa Septentrionem apparent frequentiss: Cometæ, quia illic aëris pigri & exhallationum crassarum est plurimum. Quarum rerum ratio à loci qualitate situ & natura sumi potest. Sol enim cum reliquis planetis, ab arcticorum altero, pro varia locorum latitudine semotus, ob radiorum imbecillitatem fumida crinitarum fomenta, tam sursum quàm deorsum, perdere & dissipare haud quaquam potest.

Sunt ista argumenta hanc apparentiam in elementari regione consistere, verumq; Cometam esse

esse satis probabilia : sed confirmat id magis ipsius decrementum & diminutio: Quam quidem ab eo tempore quò primum conspecta est, ita decreuisse ac minorem factam evidentiss: sensu constat: Quòd cum antea Iovem ipsum adæquare, stellas autem fixas reliquas & maximas exuperare, quasi videbatur: Iam non multo maior alijs stellis circumstantibus, & magnitudinis tertiæ appareat. Quid autem à natura stellarum, quæ sunt corpora cœlestia, incorruptibilia, intransmutabilia, alienius, quàm ipsas augeri, minui & absumi? His igitur constare videtur, apparentiam illam naturæ cœlestis neutiquam esse, ad elementarem igitur regionem, quæ perpetuis generationibus, corruptionibus, augmentationibus, diminutionibus ac alterationibus est obnoxia, referendam.

Altera opinio est eorum, qui quidem hanc apparentiam etiam in elementari regione ponunt, sed ob vaporem aliquem, stellæ alicui & visui nostro interiectum, radios visuales disgregantem, stellamq; illam sub maiori quantitate repræsentantem ipsam causari existimant : cuius opinionis & ego à principio eram. Inspiciens enim, de illius apparitione certior factus, primò cœlum, & ad ipsius situm globo Astronomico erecto & disposito, examinata etiam & ad cœlum collata, illa Asterismorum delineatione, qualiter tum in globo, tum in planis quibusdam diagrammatis, à

præstantis:artificibus,maximè autem ab Alexan-
dro Picolhomineo Mathematico non obscuro,in
suo illo de stellis fixis cognoscendis compendio,
sine tamen imaginum circumscriptione depicta
est. Tetragonus ille constans quatuor istis stellis,
secunda,quarta,vndecima & duodecima imaginis
Cassiopeæ, Tetragonum illum cœlestem omnino
repræsentare videbatur. Stellam autem illam præ
reliquis lucidam,eam quæ numero II. & magni-
tudinis quartæ in pede sedis siue cathedræ Cassio-
peæ, à Ptolomæo,Copernico,alijsq; Astronomis
ponitur,esse existimabam:(stellulam enim illam
vndecimam propter visus mei debilitatem,&
fortassis stellæ istius lucidioris splendorem,lumen
illud minus obscurantem,tum seorsim videre
non poteram,cum tamen etiam aliæ quartæ ma-
gnitudinis stellæ satis manifestè mihi apparebāt.)
Maiorem autem ipsam apparere propter medi-
um diaphanum,vaporem videlicet vel (vt Ari-
stoteles loquitur)concretionem aliquam ipso aëre
densiorem,instar tamen,secundum meam ima-
ginationem,vitri vel cristalli pellucidam,visui no-
stro,& prænominatæ stellæ interpositam,radi-
osq; visiuos disgregantem:Respicerem autem &
sequi stellam,quemadmodum Magnes vrsam mi-
norem, seu Polum arcticum,sicut deniq; Cicho-
reum & Heliotropium herbæ omnibus cognitæ,
Solem ipsum respiciunt & sequuntur. Confirma-
bat

bat hanc meam aliqua ex parte sententiam, authoritas Aristotelis lib: i. Meteor. dicentis: Quando igitur iuxta stellam facta fuerit talis concretio, eadem necesse est apparere latione & moveri Cometam, qua quidem fertur stella. An autem illa concretio fuerit incensa, in primis quidem dubitabam. Sententia autem Aristotelis diligentius examinata & perspecta, Cometam quidem sed talem, qualem præcitato loco describit Aristoteles, à concretionem videlicet vel exhalatione aliqua, stellæ prænominatæ, subiectæ causatum, hanc apparentiam esse & dici posse, rationabile videbatur. Cæterum cum tandem ex alijs acutiori visu præditis intellexissem, stellulam illam parvam seorsim apparere: Iplemetq; adeò, stella illa & quantitate & splendore, minore iam facta, visu ab alia discernere facile poteram: Cum in eodem illo loco, nulla alia stella separatim ab Astronomis ponitur, & per consequens nulla eiusmodi transparentia, ut ita dicam, visus maiori causa causari potest, ipsam quidem stellam aliam & peregrinam existere, adductus argumentis postmodum dicendis non dubitabam. Et tantum de secunda illa opinione.

Tertia opinio est eorum, qui apparentiam illam, neq; in elementari regione consistere, neq; re vera Cometam ardentemq; in aëra faciem existere posse, existimant. Id quod tum forma, tum scin-


tillatio, tum motus ipse arguere, paralixis autem,
quæ in hoc Phœnomeno nulla apparet omnino
conuincere videntur. Et primò quidem, quo-
niam secundum Aristotelem duæ tantum sunt
Cometarum species, crinita & barbata, quibus ta-
men adduntur etiam caudatæ. Item variæ eius-
modi formæ, Enses, ceratides, lampades, Hippeæ
seu Rosæ appellatæ, disci, columnæ, tenacula, iacu-
la: eiusmodi autem, figurarum nullam, immo si-
militudinem omnimodam cum alijs stellis, quod
nix niui, vt aiunt, vix sit similior videatur repræ-
sentare, Ipsam simpliciter & re vera Cometam,
vel (vt ita dicam) stellam elementarem esse, ra-
tioni consonum non videtur. Considerando de-
inde scintillationem non quidem obscuram, qua-
lis in reliquis stellis fixis apparet, sed qualiter
ipsum etiam canem maiorem, si non exuperare,
tamen adæquare manifestè cernitur: Quoniam
Planetæ, eò quòd sint nobis propinquiore stellis
octauæ Spheræ, formasq; suas fortius, & minori
radiorum suorum in aëre refractione ad nos de-
mittant, non scintillare videantur: Multò minus,
Cometas ipsos in regione elementari existentes,
& planetis adhuc viciniore scintillare, compro-
bante id etiam sensu, necesse videtur. Quantum
autem spectat ad motum, cum eam stellam vni
loco affixam, in eadem deniq; ad alias stellas fi-
xas distantia & dispositione, vnica saltem latio-
ne

ne diurna circumferri, animaduersa sit, adhucq;
animaduertatur: Considerando deniq;, quàm ir-
regulariter & velociter, vel nostrorum temporum
Cometæ aliquot, (vt taceam de alijs, quorum hi-
storiæ meminerunt) maximè autem illa quæ anno
56. apparuit, per aëra discurrerint: Quanquam
Plinius, Crinitarum aliquas immobiles aliquan-
do hæere asserat, posthabita tamen hac Plinij
authoritate, exemplis, quantum ego quidem ex
probatissimis authoribus & historicis, maximè au-
tem Cometarum aliorumq; prodigiorum cata-
logis colligere potui, non satis comprobata, Co-
metam videlicet aliquem immobilem aliquando
visum esse: Accedente illa omnimoda, quam, cum
ratione formæ, tum ratione splendoris ac scintil-
lationis, cum reliquis stellis habere videatur simi-
litudine. Equidem id quod sensu tam manife-
stè patet, authoritati, experientia vel exemplo non
satis comprobatæ, meritò præponendum cense-
tur. Accedit & hoc, quòd secundum quosdam Phi-
losophos, immobilitas ista potius Cometis, ex
concretionem aliqua interiecta causatis (qualis erat
secunda illa opinio præmemorata) sit propria, id
quod etiam ex verbis Aristotelis colligi potest.
Sunt argumenta illa pro cœlesti regione probabi-
lia, sed tamen non tam firma, vt vim superio-
rum infringere possint (Non enim nos impedit
ipsius immobilitas etsi Mathematici quidam, etiam
loci

loci mutationem & motum in illo se obseruasse
scribant, quod tamen & ego & alij, ab eo tempo-
re, quo ipsum conspeximus, animaduvertere non
potuimus: neq; sanè, vt consequenter demonstra-
bitur, hoc credere possum) cum Plinium autho-
rem grauis: non nisi experientia certa adductum
hoc scripsisse, credibile sit. Adest etiam authori-
tas Senecæ, ita de Epigene quodam scribentis:
Duo, inquit Epigenes, Cometarum genera sunt,
alij ardorem vndiq; effundunt, nec locum mu-
tant, alij in vnam partem igne vagum, in modum
crinitæ porrigunt. Sed neq; hoc est de natura ipsa-
rum exhalationqm vel necessarium ipsas moueri.
Quantum deinde spectat ad scintillationem ac
splendorem etiam nihil impedit, quin in elemen-
tari mundi parte consistere possit. diuersificantur
enim colore & splendore in nostro igne vsuali,
flammæ accensæ, pro diuersitate materiæ ardentis
& inflammatae, vt quædam clariorem, quædam
obscuriorem splendorem ædant. Videmus dein-
de facem, pyram, domum, vel aliam rem aliquam
à longe ardentem, vt plurimum scintillare: sic sanè
& in hæc flamma elementari contingere possibile
videtur. sequitur igitur fortius & demonstratiuū
quod est tale. Si apparentia illa esset in elementari,
vtpote suprema aëris regione (qui locus Cometis,
alijsq; ignitis impressionibus, secundum Aristo-
telis sententiam, est deputatus) equidem stellarum
fixarum

fixarum respectu, magnam & sensibilem haberet paralaxin, ita quod in diuersis locis, diuersa inter ipsas appareret, vel etiam obseruaretur distantia: Stella autem illa cum reliquis imaginis Cassio-
pææ, Tetragonum constituentibus, eandem ubiq;
tum in altitudine meridiana maxima, tum mini-
ma, tum etiam medijs, seruire videtur distanti-
am, igitur locum in regione elementari habere
non potest. Antecedens probatur: Quoniam
enim Semidiameter terræ sensibilem & percepti-
bilem ad Semidiametrum orbis Lunæ, (eo nimi-
rum, quod exigua Planetæ sit à terra distantia) ha-
beat magnitudinem: Ita quod Luna ipsa diuersis
in locis spectata, maximam habeat aspectus di-
uersitatem, id quod ex Ptolomæi, Purbachij, Co-
pernici, aliorumq; classicorum Mathematicorum
doctrina & demonstrationibus patet: Quanto
maiores in hac apparentia, si aërea in regione
constituatur, ipsaq; Luna centro terræ sit vicini-
or, eiusmodi paralaxin seu aspectus diuersitatem
apparere oportuit.

Pro demonstratione huius proponatur
hoc schema, In quo descriptus sit super centro
C. semirculus A. Z. P. B. qui sit Meridianus im-
mobilis in Sphæra octaua linea C. P. Axis mundi,
ergo P. Polus linea A. C. D. horizon Z. polus ho-
rizontis & punctum verticale, Semicirculus l. x.
m. sit descriptus in elementari regione, per locum
C stellæ



stellæ istius nouæ transiens, Meridianoq; Sphæ-
 ræ octauæ subiectus: In eo igitur per hypothe-
 sin constituatur, stella illa E, quam appellabimus
 iam Cometam, Circulus N. O. D. repræsentet
 Meridianum in superficie terræ, cœlesti illi etiam
 subiectum, Cometæ distantiam à centro terræ li-
 nea C. E. & C X. ab oculo autem videntis in
 superficie terræ D. E. & D. X. demonstret. Stel-
 la K. & V. pectus Cassiopeæ in octaua Sphæ-
 ra, quæ in tetragono illo, Cometæ directæ op-
 posita videtur, denotet, sit deniq; Paralellus Co-
 metæ in aëre descriptus, Arcus semicirculum ta-
 men repræsentans E. R. X. Paralellus autem in
 Sphæra octaua stellæ Cassiopeæ K. S. V. Ex di-
 uersis igitur positibus huius stellæ ac Cometæ,
 probabimus ac demonstrabimus: Si ille in ele-
 men-

mentari regione consisteret, maximam distantiae
diuersitatem ac differentiam causaret.

Constat autem ex supradictis & primis quid-
dem Astronomiae fundamentis, terram ipsam re-
spectu totius firmamenti esse puncti insensibilis
instar, & nullius proportionis ad inuicem. Stellae
igitur octauae orbis, nullam habere eiusmodi di-
uersitatem, siue ex centro, siue ex superficie ter-
rae, lineae eò ducantur. Educta igitur iam linea à
D. ad E. & protracta ad Meridianum usque coele-
stem, exhibebit mihi Cometam illum in F. qui
erit locus ipsius apparens, & quidem secundum
observationem in altitudine meridiana minima,
arcus autem F. K. erit distantia ipsius à pectore
Cassiopeae visa. Educta rursus linea ex C. cen-
tro videlicet mundi, & protracta per E. ad G.
ibidem desinens, demonstrabit mihi locum in G. Ar-
cus autem G. F. parallaxin, siue aspectus diuer-
sitatem. Procedat iam vel moueatur Cometa
in suo illo parallelo ad X. stella autem K. ad V.
altitudines videlicet ipsorum meridianas maxi-
mas, Educta linea ex D. per X. & desinens in H.
locum Cometæ apparentem in ipso H. exhibe-
bit, linea autem ex C. per X. ad I. locum ipsius
verum, Arcus autem I. H. parallaxin. H. V. di-
stantiam ipsius à pectore Cassiopeae. Compa-
ratis autem istis inter sese parallaxibus duabus, pa-
rallaxis G. F. duplam quodammodo ad I. H.

proportionem habere videtur. Et sic posito per
hypothesin arcu G. F. partium octo, erit arcus
H. I. 4. Comparatis rursus duabus istis distan-
tijs Cometæ à pectore Cassiopeæ, videlicet F.
K. cum H. V. arcus H. V. ad arcum F. K. tri-
plam ferè habere proportionem cernitur. Et sic
si per hypothesin arcus F. K. constituatur parti-
um talium qualium superius quatuor & octo de-
finiuimus, 6. erit H. V. 18. tam magnam autem
distantiarum illarum diuersitatem inter istas duas
stellas neq; ego neq; alij hactenus observare po-
tuimus, fuisset enim sensu manifestissime cuius
perceptibilis.

His igitur concluditur, Stellam illam in
Regione Elementari neutiquam consistere posse,
quod erat demonstrandum. Eodem argumento
conuincitur, neq; vaporem seu concretionem a-
liquam, ab aliqua stella attractam, hanc apparen-
tiam causare, nam & illa concretio stellam illam
nobis in Elementari regione exhiberet; vnde v-
num & idem iudicium, vna & eadem demon-
stratio est de vtroq;.

Porro constituto polo, quemadmodum in
hoc schemate apparer Gra. 50. altitudine autem
Cometæ meridiana minima 20 qualis est arcus
B. F. subtractis iam 20. gra. à 50. arcu videlicet
B. F. à B. P. relinquit distantiam 30. gra. arcum
videlicet F. P. illa rursus altitudini poli addita,
in

in stellis quidem fixis, altitudinem meridianam demonstrat: est enim ubiq; æqualis distantia, cum circuli paralleli à suis polis ubiq; æqualiter distant. Id quod in hac stella etiam obseruatum est, quod non contingeret, si in elementari regione ipsa consisteret, quemadmodum in hoc schemate apparet, ubi quidem arcus P. H. distantiae loci apparentis stellæ in altitudine meridiana maxima existentis à polo, multo est minor, arcu F. P. Cometa ipso in altitudine meridiana maxima existente. Sic igitur cum altitudo meridiana maxima debuerat esse gra. 80. saltem appareret 65. id quod repugnat obseruationibus.

Quod autem ex obseruationibus Mathematici Erfordien. istarum altitudinum paralaxis, 20. scr. colligitur, (ponit enim ipse altitudinem huius Stellæ meridianam minimam. 22. gra. 40. scr. Maximam autem 79. gr. 20. scr. Cum tamen si differentia maximæ qua differt à polo est 28. gr. 10. subtracta ex Eleuatione polari 51. gr. 10. mi. relinquit 23. integros gradus, ita quod differentia inter obseruatam & calculo erutam altitudinem minimam est 20. mi.) magis comprobatur Cometam illum esse cœlestem quam Elementarem. Pars enim Elementaris ad cœlestem comparata, maiorem (vt ex superiori demonstratione patet,) paralaxin efficit: Siquidem igitur obseruatio illa diligenter est facta, Come-

tam illum inter sphæras planetarum, infra tamen Martem (cum in sphæra Martis, propter imperceptibilem semidiametri terræ ad ipsius orbis semidiametrum, magnitudinem, cuiusmodi parallaxes desinunt) collocat: Quemadmodum etiam Albumasar, teste Cardano, Cometam supra Venerem visum asserit. Sed hoc narro non assero, posito enim illo, cur non ad motum suæ illius sphærae, quæcunq; tandem sit, ab occidente in orientem fertur? Cur illa scintillet? cum tamen alios planetas ob causas supra dictas non scintillare videamus? relinquitur igitur necessario octavae sphærae,

Hoc autem præsupposito, cum antea nunq; sit visa, neq; ab Astronomis (qui ab aliquot mille annis, octavi orbis septemq; planetarum sydera certo quodam numero cognita habent, ultraq; illa nihil novi syderis, quod alicuius esset momenti vel quantitatis præeminentis quemadmodum in hoc phænomeno apparet, in corporibus cœlestibus sese ostendisse constet) alicubi annotata: necessario consequi videtur, eam vel hætenus latuisse, absolutoq; tandem suo circulo, post longa intervalla primum, lumine copiosiori factam grauidam in aspectum nostrum prodijisse, & iam à Solis claritate alijsq; impedimentis emersam patefcere, qualis erat Pythagoricorum & Italico-
rum quorundam philosophorum sententia: vel
eandem

eandem omnino nouam à Deo Opt. Max. con-
ditam, cœloq; in magni alicuius euentus præco-
nium affixam. Nouam stellam vel talem qua-
lis Magis ipsis ad Christi cunabula præluxit, esse,
philosopho Christiano absurdum non videtur:
est enim Deus omnipotens, cui sunt omnia pos-
sibilia: qui cum præter naturæ ordinem, Solem
in medio cœli, Iosue dimidicaturus, fixum reti-
nuit: Ezechiaæ autem Regi per 10. gradus, vmbra
hoc demonstrante, retroegit. Qui lunam soli op-
positam, ad solem tempore passionis filij sui &
Domini nostri Iesu Christi, occultandum redu-
xit, etiam nouas stellas de nouo condere, cœloq;
affigere potest. Qualis etiam est Ioan. Damas-
ceni de Cometis sententia, constituuntur, inquit,
multoties Cometæ, signa quidem significantia
mortes Regum, qui non sunt ex his astris quæ
à principio creata sunt, sed diuina prouidentia se-
cundum istud tempus destinata & mox dissoluen-
da, hæc ille. Quam quidem ob rem primam &
principalem huius causam, quis in alium, quam in
illum sine cuius voluntate hoc fieri non potuit,
reijciat? quæ etiam singulari suæ sapientiæ consi-
lio, proculdubio, de magno aliquo euentu nos
præmonet: Cumq; signa in Sole Luna & Stellis,
extremum iudicij diem præcessura, virtutesq; cœ-
lorum se commoturas, ipsemet Saluator præ-
dixit, fortassis & illam stellam istius diei tanquam
præ-

præconem præmittere, nosq; ad poenitentiam hortari voluit, quod tamen iudicio Theologorum committo. Sed quoniam certas vel saltem probabiles, & naturales alicuius rei demonstrationes habere possumus, equidem divinæ sapientiæ ac potentiæ nihil detractum vel deragatum puto, si in eiusmodi mirabilium causis naturalibus investigandis mentes nostras exerceamus, dummodo principatum illi attribuamus, oculosq; mentis nostræ in illum dirigamus.

Porro, dicunt alij, stellam illam crassiori aëre antea tectam & latentem, aëre autem ipso iam propter maximum illud frigus subtiliore facto, primum sese exeruisse. Sed si hoc verum esset, cum antea & ante nostra tempora proculdubio tam magna aliquando fortassis erant frigora, cur non antea etiam aliquando comparuit? deinde cur reliquæ stellæ circumstantes, etiã non auctæ magnitudine apparent? cur minuto aliquando frigore, aëreque crassiore facto, non rursus disparuit.

Hæ sunt igitur opiniones istæ inter doctos maxime iactatæ & ventillatæ, argumentaq; adeo præcipua: quæ quidem inter sese collata maximū de natura & loco huius apparentiæ, an videlicet sit Elementaris naturæ & ad locum Elementorū, an vero cœlestis, & inter sphæras cœlestes referenda & collocanda relinquunt,

Vt

Vt autem meam tandem sententiam proferam, relicto cuius suo iudicio, argumentis præmemoratis, pro ingenij ac iudicij mei tenuitate, diligenter consideratis, & inter sese collatis, euidentioribus autem & fortioribus ductus, Phænomenon illud magis cœlestis quàm elementaris naturæ esse. Locum igitur potius cœlestem quam elementarem illi attribuendū iudico. Qualis autem sit materia, vel quomodo ibidem consistere possit, arcano Dei consilio committo, cui sunt omnia possible, & qui in arcans suis & diuinis operibus, nullum vnquam consiliarium vt D. Paulus inquit, admisit. Contenti simus, nos veluti noctuas cæcutientes, vel obscuro saltē lumine, ad diuina illa sua opera, quoquo modo cognoscenda illustrari, Vel committamus ista, secundum Philosophos, suæ cuiusvis sphæræ intelligentiæ.

Si tamen etiam physica ratione ipsa sit saluanda, quid si illam in sphæra octaua inter reliquas stellas fixas statuamus? dicamusq; vna cum pythagoricis (quanquam illorum de veris Cometis in aëra existentibus erat sententia) illam hactenus quidem propter impedimenta quædam latuisse, impedimentis autem remotis, iam tandem patefcere, esset hoc probabile, si sententia Aristotelis quam habet de via latea, nimirum, quod virtute astrorum quæ sunt in isto lacteo cir-

culo, eleuantur exhalationes multæ: in qua quidem recipit & refringitur lumen astrorum ibidē existentium & illius partis cœli, sit vera. Quoniam enim stella illa est in via lactea, diceremus ipsam esse vnam, vt appellant, ex sporadibus: exhalationibus autem eiusmodi attractis, ipsam latuisse. Illis autem iam tandem discussis, visui nostro sese exhibuisse: diminui autem & disparere rursum, illis iam in ea, quæ ad ipsam occultandam sufficit, quantitate, attractis & adauctis. Vel, siquidem, secundum verè philosophantes, Galaxia illa, siue lacteus circulus, est propriè de natura cœlesti, parsq; cœli densior, & stellis pluribus repleta, ideoq; luminosior: quid si nihilominus diceremus, stellam illam etiam esse aliquam illius partem, ipsamq; propter impedimenta eiusmodi interiecta, vel alias causas nobis incognitas, per aliquod tempus lacuisse: impedimentis autem remotis, suaq; periodo absoluta, aliquando elucescere. Confirmare videtur hanc sententiam similis cuiusdā stellæ magnæ ac lucidæ Anno Domini 1264. in parte illa cœli septentrionali, circa imaginem Cassiopeæ, etiam per se immotæ ac crinibus destitutæ, quam Cyp. Leouitius recitat, historica descriptio, credibileq; foret hanc eandem hoc nostro tempore rursum prodijisse,

Et sic illorum opinio, qui dicunt hanc stellam non quidem esse nouam, sed per certa interval-
ualla

ualla sese aliquando ostendere, etiam non omnino vana videretur. Sed hæc tanquam problemata, non vt theoremata, corollarij loco proponenda censui, doctioribusq; melius examinanda, vel, si placet, etiam confutanda trado.

De nomine autem & appellatione istius apparentiæ dicendo, quanquam vocabulum illud Cometæ vel Crinitæ, propriè saltem impressionibus eiusmodi aëreis attribuantur: stellā autem illam magis cœlestis quàm elementaris naturæ esse definitum sit: cum tamen authores & philosophi, quorum etiam diuersæ de eiusmodi phœnomenis erant opiniones, stellas tales incognitas & peregrinas, siue cœlestis, siue elementaris naturæ ipsas esse opinabantur, generali Cometarū nomine insignierunt: si hanc apparentiam etiam eo vocabulo, sed tamen abusiue saltem, aliquando appellauerimus vel appellabimus, neminem offensum velim.

His iam, quæ ad essentiam huius stellæ peregrinæ explicandum spectare videbantur, breuiter quoad eius fieri potuit, determinatis. antequam ad prognosticon ipsum accedamus, de veri ipsius loci examine pauca in medium adferemus.

Ab eo tempore quo stellam illam primum conspexi, obseruaui ipsius altitudinem meridiana minimam, & singulis quidem mensibus hactenus aliquoties, nisi quando aëris caligo vel nubes

obstiterunt, & comperi, ipsius altitudinem meridiana, ut plurimum gr. 20. aliquando autem circiter scr. 5. vel 10. ultra 20. gr. tenuisse: neque aliquando locum, aut sedem suam mutasse. Hac igitur cognita & supposita, Geometricè deduxit & demonstravit locum ipsius verum doctiss: vir D. Thadæus ab Hayck, Medicus Cæs. Aulicus, & inuenit ipsius longitudinem 6. gr. 24. scr. Tauri. Latitudinem autem 53. gra. 49. scr. cuius quidem eruditam demonstrationem sub finem huius opusculi subiunximus.

Cæterum quoniam à nobis alij quidam Astronomi, cum de loco tum de motu, dissentiunt, non præter rem me facturum arbitror, si huius nostræ observationis & supputationis, si non omnimodam præcisionem, tamen certitudinem aliquam tolerabilem comprobemus. Collata enim ad hanc observationem stellula illa parua, magnitudinis quartæ, quæ est vndecima Cassiopeæ, inueni, secundum tabularum Prutenicarum calculum, locum ipsius verum, secundum longitudinem gr. 6. scr. 10. Tauri. Latitudinem autem secundum Ptolemæum & alios gr. 52. scr. 40. Ergo declinationem gr. 60. scr. 40. Data autem eleuatione polari gr. 48. scr. 22, quam à Peurbachio & Regiomontano, Mathematicis celeberrimis, quam diligentissime obseruatam assumimus & retinemus, altitudinem eius meridianam minimam

mam gr. 19. scr. 2. Facies autem stellarum præcipuarum huius imaginis vna cum illa noua, in arcu Meridiani inferiori existente, erat & est talis, vt hic obiter descripta videat. Iam subtracta alti-



tudine meridianæ stellulæ, ab altitudine Cometæ, quam vltra 20. gr. 10. scrup. supponimus, relinquatur gr. 1. scr. 8. Deinde distantia illa per Radium Astronomicum obseruata,

dedit nobis tabula Peurbachij Gnomonica gr. 1. scr. 25. id quod cum distantia in schemate illo bene quadrat. In quo quidem stella illa vno quodammodo gradu vel paulo plus altior stellula illa parua apparet. Illa autem præcisione contenti sumus, neq; exactiorem requirimus.

Vnde manifeste patet, quàm longè aberrant, ponentes latitudinem huius stellæ 50. saltem graduum. Posito enim hoc, quoniam ipsius declinatio esset gr. 58. scr. 53. & posito quidem 8. gradu longitudinis, adhuc plus emergeret, sequitur ipsius altitudinē meridianam minimam fore. 17. gr. scr. 15. Cum autem stellula illa parua eiusmodi altitudinem 19. gr. 2. scr. habeat, subtracta minori à maiori, sequeretur stellam claram gr. 1.

scr. 47. depressiorem apparere. Deinde neq;
hoc verum est, per tres gradus versus Boream ip-
sum processisse, observaui diligentissime per tres
hactenus menses, & diuersis noctibus ipsius alti-
tudinem 20. gr. & 10 circiter scr. nunquam ex-
cessisse, quædammodum & supra dictum. Si igi-
tur per gradus tres versus polum processisset, eti-
am altitudo illa ad 23. gr. tandem assurrexisset,
quæ omnia observationibus sensui & visui repug-
nant. His igitur prædictum locum tum secundum
longitudinem tum latitudinem, si non præcisè,
tamen quàm propinquissime, verum esse assumi-
mus. illumq; tanquam fundamentum huius pro-
gnostici statuimus.

PARS SECVNDA.

Continens Prognosticon de huius
stellæ significationibus.

QUamquam solus D E V S Opt. Max. verè
nouit, arcanoq; adeò suæ Maiestatis consilio
reconditum habeat, quidnam prodigiosa
istius nouæ stellæ apparentia, nobis portendat:
vtpote quem principalē istius causam cognosci-
mus: Quoniam autem cœlum ipsum tanquam
fatorum, seu diuinæ suæ voluntaris tabellam, in
qua,

qua, propria sua illa scriptura, haecenus sapissime
ipsi mundo singulares ac magnos aliquos euen-
tus, veluti quodammodo Regi Balthasar, per
manum in pariete, Regni sui translationem;
Daniel. 5. cap. significauit ac demonstraui, no-
bis spectandum proposuit: sequuturi hac in parte
antiquorum, maxime autem ipsius Ptolomæi,
qui ab antiquioribus, Ægyptijs videlicet ipsis,
hanc desumfit, & ad nos deriuauit, de Eclipsibus,
Cometis, alijsq; apparentijs cœlestibus dijudi-
candis, methodum & doctrinam: quidnam no-
ua illa scriptura significet ac portendat, sine diui-
ni tamen ac arcani, diuinæ Maiestatis, consilij,
præiudicio, eadem omnino ratione ac methodo,
ijs deniq; fundamentis, ac si reuera esset impræ-
fio aërea & Cometes breuibus explicare tentabi-
mus. Pro cuius quidem explicatione, pro hypo-
thesi ac concessio hoc postulamus: primò, colores
huius stellæ, qui aliàs attribuuntur certis Plane-
tis, demonstrare istius planetæ vires & effectus:
Deinde imagines cœlestes, de sui, quam fabula-
rum inuolucris tectam habent, proprietate sig-
nificare, similia deniq; à similibus affici. His au-
tem præsuppositis, primum de loco cuiusdam ali-
quid portendit, secundo de tempore, Tertio de
subiecto in quo fiet euentus, Quarto autem de
qualitate, an boni vel mali aliquid significet, de-
terminabimus.

Quantum

Quantum ad primum, quoniam superius definitum est locum huius stellæ propriū esse in signo ipsius Tauri: etiam Regiones & Prouinciās huic signo subiectas maxime afficiet. Hæ sunt Ptolemæi authoritate, Parthia, Media, Persia, Cyclades, & Archipelagi insulæ, Cyprus, maritima Asiæ minoris loca: His autem annumerantur à Neotericis, Polonia maior, Russia alba, Campania Gallica, Rhætia, Heluetia, Franconia, Lotharingia, Hybernica pars Suetiæ. Ex ciuitatibus autem in particulari, Sena, Pistorium, Verona, Salernum, Xenogallia, Campania Italica, Constantinopolis, Capua, Taruifium, Panormus, Thurugia, Lucerna, Herbipolis, Metis, Brixia, caput Histriæ, Gnesna, Posna, Nouogardia, Nanceium, Burgis, Lipsia.

Deinde quoniam in colurum æquinoctiorū incidit, ac quasi per circulum positionis, primo Arietis puncto iungitur, nec non cum eodem singulis diebus cœli medium transit, etiam Regiones eidem signo subiectas afficiet, Hæ numerantur, Germania, Gallia, Britannia, Bastarnia, Cælosyria, Idumæa, Iudæa, Item secundum recentiores: Polonia minor, Burgundiæ ducatus, Sylesia superior, Sueuia. In summa maxima pars Europæ, Romanumq; adeo imperium. Ex vrribus, Neapolis, Florentia, Fauentia, Imola, Ancona, Forliuium, Capua, Traiectum, Brunsvicū, Lindea,

Lindea, Cracouia, Massilia, Cæsaraugusta pars
Westriæ.

Cæterum hoc in loco præcipuè notandum,
quoniam stellis verticalibus, in magnis huius
mundi euentibus, circa regna, nimirum, & impe-
ria, item circa prouincias & vrbes, maximæ sem-
per attributæ sint, ac attribuantur vires, vt ex
historiarum cum causis istis cœlestibus collatio-
ne, plurimis possit demonstrari ac probari exem-
plis: illudq; adeò nouum Sydus per Scotiam, Da-
niæq; & Noruegiæ partem, item per Liunioniam
Rigam & Riualiam ferè, deinde per Moschoui-
am, eiusq; adeò urbem principalem Moscham,
Hinc per Hungariam illam magnam ac Tartari-
am verticaliter transeat. Istas regiones, præ reli-
quis numeratis omnibus, maximè affectum iri,
magniq; aliquid & rari in his euenturum existimo
ac iudico. Ex præmemoratis deniq; Arieti &
Tauro subiectis prouincijs, maximè afficientur hæ
quæ magis ad Septentrionem vergunt, minus au-
tem Meridionales.

De tempore vel inchoationis vel durationis
diuersæ sunt Astrologorum sententiæ ac opinio-
nes, quæ cum experientia non satis sunt compro-
batæ, neq; sufficientibus rationibus stabilitæ, illis
ipsis tam firmiter non innitemur, neq; illis con-
ciliandis tempus ipsum teremus, sed de tempore
hoc saltem vniuersaliter dictum ac pronunciatum
E volu-

volumus: Quoniam Solari quodammodo splendore, Iouiali autem ac Martiali colore illustris ac conspicuus, tanto tempore per sex videlicet iam menses haftenus apparuit, adhucq; appareat illa Stella, neq; tempus disparitionis cognoscere possumus (nisi quantum ipsius diminutione ac decremento, illum non diu amplius duraturum coniecturabile sit & credibile) ipsius effectus statim ipso lucente incepisse, idq; teste experientia, (vt in sequentibus mentio fiet) per aliquot deniq; annos efficaciter duraturos esse. Si quis tamen eò quod Eclipsis Solaris anni 67. soboles esse videatur, pro mense apparitionis, annum durationi effectuum attribuere velit, non multum repugno, nihil tamen certi assero, sed maximè vniuersali pronuntiato insisto.

Genus euentuum sumitur à signo in quo est Stella, & ab alijs illi comixtis, vel aliquo modo configuratis. Dictum est autem superius, ipsam ad 6. gr. 24. scr. Tauri per lineam à polo Zodiaci per centrum stellæ ductam, & Eclipticam in eodẽ loco intersecantem, referendam: Ratione autem coluri æquinoctiorum, circulum quodammodo positionis referentis, etiam ad signum Arietis, in cuius primum punctum, ita coincidit, simulq; mediũ coeli transit; & hoc quoad signa sphærae nonæ, Quantum autem spectat ad Imagines Octauæ sphærae conspecta est illa, & conspicitur in imagine
Cassi-

Cassiopeæ, nec multum ab eo distat Cephæus ac
Andromeda, quæ etiam vna cum Pegasus per me-
ridianum transeuntem ipsam comitantur. Sunt
istæ octauæ sphaeræ imagines maxima ex parte hu-
manæ, item Ducales: & Cassiopea quidem ipsa in
Solio Regali residens, secundum aliquos vinctæ
& captivæ, vt ipsorum fabulæ indicant. Ergo ho-
minibus ipsis, & signum Arietis mobile & Ver-
nale, fructiferarum arborum germinibus, alijsq;
maturescantibus, Signum Tauri fixum, fundamē-
tis, ædificijs, ac omnibus rebus firmis, minatur.
Particulariter autem, ad hæc siccitatem insignem,
morbos vulgares, oculorum & capitis dolores,
luem pecudum, non sine valido æstu ac noxio.
Sub Tauro autem micans, captiuitates, iniurias,
malorum licentiam, solet portendere: Item ar-
mentorum detrimenta, ventos validos, messis &
fructuum corruptelam, frigora suo tempore in-
tensa, cum terræ motibus: ex quo, cum urbium,
tum ædificiorum ruinæ, multis in locis comme-
morabuntur. Quod fit mentio intensi frigo-
ris, illud idem experientia, toto ferè appari-
tionis suæ tempore docuit, quanq; ad alias causas
cœlestes, coniunctionem videlicet Mercurij cum
Saturno, frigus illud referri posse non negem.

Considerant Astronomi varias etiam, quas
cum stellis fixis constituunt Cometæ, formas seu
figuras. Cum igitur, vt antea dictum, cum dua-

bus alijs, imaginis Cassiopeæ, stellis, numero videlicet quarto, quæ est super Cathedra, ad fæmora, & duodecima, quæ est in ascensu medio sedis, triquetram, cum secunda autem quæ fulget in pectore, quadratam constituat figurâ: ipsum literis, ingenijs ac eruditioni, hominibus doctis, literatis, Mathematicis, alijsq; artificibus, detrimenta portendere existimatur. Si quid igitur possunt ac designant ipsæ figuræ, libet votû proferre: faxit Deus Opt. Max. vt quemadmodum istæ stellæ formam crucis in cœlo exhibent, ita crucis veneratores, contra eiusdem osiores & hostes victoriam obtineant, cruxq; triumphet: Vel, quemadmodum stella noua Gentes ad Christi cunabula deduxit, ita etiam illa stella infideles vel falsa superstitione ac persuasione Christum cognoscentes, ad veram ipsius cognitionem perducat. Et tantum quidem de subiectis ac genere, & partim etiam qualitate euentuum.

Qualitatem autem & modum propriè indicant planetæ, quorum colores exhibent Cometæ: de quibus licet antea, & in prima parte, sit dictû: tamen rursum repetendum existimo. Quantum igitur ego visus iudicio, capere potui, depræhendi ipsum, ex candido & subfuluescenti, aliqua ex parte subrutilescere, suosq; istos colores diuersis temporibus, non saltem diebus, verum etiam dierum partibus mutari, iamq; illum intendi, alterum

rum minui, & e contra, maximè autem ipso iam
decrecente, rutilum reliquis præcellere, stellamq;
illam Martialem, quæ dicitur oculus Tauri repræ-
sentare: Vnde quidem & Iouialis & Martialis na-
turæ ipsum esse: propter autem insignem ipsius
splendorem & scintillationem, ita quod quodam-
modo scintillulas igneas, præsertim noctibus hye-
malibus frigidissimis, ipso in altitudine sua meri-
diana minima existente, in orbem spargere vide-
batur, non parum etiam Solis naturam & propri-
etatem præferre iudico, maximè autem Iouis.
Cui quidem singulis etiam noctibus, vnà, & in
sextilis ferè aspectus distantia, ita vt facile confer-
ri poterant, lucenti, ita similis apparuit, quod sal-
tem scintillatio ipsos distinguere visa sit. Hæc
igitur planetarum, quos refert, naturæ explicandæ
iam nobis veniunt.

Primo igitur, quantum ad naturam Iouis pro-
priam attinet, cum sit benignus & beneficus, per
se quidem, omnium bonorum, pacis, fertilitatis
est præsagus. Cuius etiam proprietas est, vt in
aëre ventos salutare, cum pluuijs mediocribus
& oportuno tempore excitet. Corporibus tamen
ad morbos paratis, ac prophylacticè destitutis,
pleuritides, synochos, exanthemata, morbillos, oph-
thalmiā, capitis grauedines, colicos dolores, perip-
neumoniam, hæmophthoën, calculū, phlegmōnes,
Gonorhœam, lethargum, lenteriam, alias deniq;

eius farinae infirmitates portendere solet: quibus maxime periclitabuntur homines Iouiales, Iusti, probi, misericordes, magnanimi, humani, Iudices, Iurisperiti, Religiosi, & similes.

Quantum autem spectat ad naturam Martiā, minatur bella, seditiones rixas, contentiones, variosq; tumultus, suæ videlicet maleficæ naturæ proprios & peculiare. In aëre excitabit ventos morbiferos, tabificos, squalidos, fontium & fluuiorum ariditates, fructuumq; & satiorum corruptelam. In corporibus autem humanis, morbos acutos cholericos, febres tertianas, nec non pestiferas, Erysipelata, phrenitides, abortus, caufones, hæmorrhagias, deliria, choleram morbum, & alia eiusmodi mala consequutura consentaneum est.

Illorum autem decretorum singularium ac propriorum, cum plurima sint contraria, illa inter sese conferri debent: sciendum deniq; illa inuicem aliquando tolli, aliquando autem, vnum ab altero mitigari. Vniuersali autem conclusione ista omnia cōprehendendo: Cum stellæ illius natura sit mixta, suos etiam effectus mixtos fore concludimus. Præbet autem ac exhibet quodammodo se talem, qualem Iouē ipsum erga Solem, cum ob casum & interitum Phaëtontis filij, lucem orbi negaret, se exhibuisse, Ouidius ita scribit:

Mic-

Missos quoq; Iuppiter ignes
Excusat, precibusq; minas regaliter addit.

Nam & ille sub benigno quasi ac placido vultu,
pollicitisq; diues, etiam regaliter minacem sese
ostendit.

In morbis memoratis nulla est contrarietas,
vnde ex æquo omnes vt plurimum grassaturos
iudico, pro temporum tamen ac complexionum
diuersitate: in aëre crebras pluuiarum & siccita-
tum vicissitudines causabit.

Magnitudo & splendor huius stellæ, effectus
qui inde sequentur, etiam splendidos efficaces &
vehementes fore denotat.

Essent adhuc fortassis superiorum planeta-
rum, quos huius apparentiæ causas efficientes &
productrices aliqui existimant, configurationes
quædam in tempus apparitionis eiusdem incidē-
tes, examinandæ: Cum autem, quantum ad bella
seditiones & eiusmodi, cum superioribus & præ-
dictis decretis quodammodo conueniant, de ijs
idem iudicium esto, nec est vt amplius illis inhæ-
ream.

Pro conclusione autem huius iudicij, hoc sal-
tem dictum & admonitū velim: Quamquam fa-
talem necessitatem istis astrorum significationi-
bus minime attribuendam, neq; pro propheticis
oraculis ista, quæ ex Astronomiæ regulis prædicū-
tur, habenda censeam: tamen quoniam res nostræ
ita

ita sint iam constituta, quasi omnia ruinam, aut
mutationem minari videantur, securisque iam sit ad
radicem posita, ut non saltem eiusmodi porten-
tis, verum ad cuiusvis etiam folij crepitum me-
rito terreri deberemus: illa omnino negligere &
contemnere Epicureæ videtur esse securitatis
nunquam enim, ut inquit M. Manilius ad Augu-
stum Imperatorem, futilibus excanduit ignibus
aer. Id quod maximè in hac apparentia conside-
randum. Cum enim Eclipses luminarium, quæ
tamen causas habent naturales, & calculo exacto
prædici possunt, cum Cometas veros, barbatos
caudatos, &c. quorum loca observationibus dili-
gentiss: in aere deprehensa sunt, ac demonstra-
tionibus certissimis confirmata, quorum etiam
plurimi hætenus nostra etiam memoria apparue-
runt, maximos & raros cum Regnorum, Imperi-
orū, Religionis, aerisque, alias eiusmodi mutatio-
nes, eventus consecutos esse, historiæ testentur, no-
strorumque adeo temporum exempla confirmant:
quanto maius ac rarius aliquid, hanc raram & mi-
rabilem apparentiam, quam non elementarem,
non molem aliquam viscidam, pinguem, sulphure-
am, in aëre inflammata, & ardentem, non va-
porem aliquem, sed potius cœlestis naturæ esse ac
inter sidera locum habere, in prima huius iudi-
cij parte conclusum ac demonstratum, porten-
dere credibile ac rationabile est. Suspiciamus igitur
tur

tur & attollamus capita nostra, illumq; diuinæ voluntatis præconem, licet occultas ipsius vires indagare, vel propriè & perfectè cognoscere, non queamus, sed obscuram saltem & dubiam huius scripturæ cœlestis, arte Astronomica, nos quasi manu ducente, cognitionē habeamus, non contemnamus vel aspernemur: Sed etsi nulla Astronomiæ certitudo vel minima futurorum possibili præcognitio concedatur, ac relinquatur: hoc nobis tamen vniuersaliter persuadeamus, eundem nobis non frustra à Deo exhibitum & ostensum. Neq; tamen more gentium quarum leges vanæ sunt, Ieremiæ 10. ab eiusmodi signis metuamus, verum timore non seruili sed filiali contriti, spe autem rursus erecti & firmi, nosmetipsos, omnes deniq; res naturas ipsi tanquam Astrorum totiusq; machinæ cœlestis conditori ac gubernatori summo & soli commendemus: qui omne bonum in nobis augere, malum autem clementer auertere dignetur, ad nominis sui gloriam, animarum autem nostrarum salutem: Cuius est Regnum, gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

F

De

DE INVESTI-

GATIONE LOCI NOVÆ STELLÆ IN ZODIACO SECVN-

dum longitudinem, ex vnica ipsius meridiana
altitudine, & obseruationis tempore,

Geometrica deductio:


Thaddæi ab Hayck

Aulæ Cæs. Mai. Medici, ad Bar-
tholomæum Reisacherum.

Quoniam hoc coeleste lumen, in eo loco, ab altissimo, nostri
causa, collocatum est: ut nunquam mergi possit sub hori-
zontem: sed perpetuò, circa mundi polum, cum vicinis stel-
lis, circumagatur: bisq; in die Meridianum circulum attingat: quare
ut illarum, ita huius duplex haberi potuit altitudo meridiana: quarum
altera vespertina, hora 4. & dimidia, eaq; maxima, in ea Meridiani
circuli parte, quæ inter polum mundi, & capitum nostrorum verti-
cem comprehenditur, 76. grad: 44 scrup. altera matutina, intra 12.
horarum spacium à priori, & minima, 20. graduum inuenta est:
quam etiam abs te, per Quadrantem à primo Ianuarij die, & aliquot
sequentibus, obseruatam accepi: ex eaq; deinceps sequentem deduxi
operationem. Hanc autem, mi Reisachere, tibi remittere placuit: non
ut te docerem, aut operam meam ostentarem arroganter: quid enim
Noctuum Athenas? Sed ut, si maiore mensura, quæ vtenda accepi
abs te, reddere non possem, quemadmodum par est, & sicut præcipit
Hesiodus, pro vnius altitudinis meridiane mecum communicatione,
habere eo

haberes vicissim à me, negotij, quod vestigamus, demonstrationem aliquanto pleniorē: quam ex Datis abs te acceptis, confeci nuper. Etsi autem hæc studia dudum intermisi: ut eorum plurima mihi exciderint: tamen, hoc tempore, quod ea aliquo modo reuocauerim, & quidem absens à meis libris: fecit id insolens huius sideris contemplatio. Tu si meliora habes istis: candidus imperti: si non, his utere mecum, ut loquitur Horatius, imò & oracula huius nouæ stellæ solerter & pie nobis aperire stude. Ego enim fidelis, in hac doctrina, discipulus esse, quàm ambitiosus Magister videri malo. Quicquid autem in hac mea, qualicunq; opella, aut potius in vtriusq; nostrum studio desiderabitur: id, credo, Fabricium nostrum compensaturum cumulatissimè. Singulare enim esse oportet: quod à tanto Mathematico profiscitur: cui facultas non deest: & in quo voluntatem excitat summorum virorum expectatio: si modò Mæcenatum quoq; accederet fauor, & benivolentia otium illi pareret, quod tanti conatus requirunt. Sed ad institutum redeo.

Ex duabus illis altitudinibus nouæ stellæ, alterutra solummodo ad operationem fuit mihi necessaria, sed placuit maiorem in præsentī negotio assumere, ad cuius momentum temporis ipsam verni æquinoclij intersectionem culminasse ex calculo deprehensum est. His itaq; inuentis & positis, ad reliqua, quæ inuestiganda proposuimus, per verissima euidentissimaq; Mathematicæ artis principia sequenti deductione peruenimus.



Esto in præsentī diagrammate arcus Coluri Solstitiorum æstiuī C A G K. in quo C sit polus Zodiaci. Polus mundi A. Arcus Eclipticæ G D. Arcus Æquatoris K D. Punctū Æquinoclij verni D. Arcus A B D sit arcus Meridiani circuli,

qui coincidit cum ipso Coluro æquinoctiorum. Arcus CBE sit arcus
 circuli magni ex polo Zodiaci ductus per centrum stellæ B cum esset
 in Meridiano, haberetq; maximam altitudinem 76. grad. 44. scrup.
 & distaret à vertice nostrorum caputū 13. gra. 16. scrup. primis.
 Iam concipiamus in proposito schemate primum triangulum ABC, in
 quo duo latera AB & AC nota sunt. Nam arcus BD est declina-
 tio stellæ, ex ipsius maxima meridiana altitudine cognitus: quam sub
 initium Ianuarij diximus fuisse inuentam 76. grad. 44. scrup. quæ
 etiam nunc hoc Aprili mense prorsus eadem esse deprehenditur, collata
 nimirum cum minima illa, quæ sola nunc tantummodo circa horam 10
 pomeridianam obseruari potest: inueniturq; etiamnum esse 20. gradu-
 um: quod argumentum solum euidentius esse potest, ut alia præteream, no-
 stram stellam hætenus nusquam quaquaueersum ne tantillo quidem mo-
 tam & progressam esse: ut mirari satis nequeam quosdam ausos fuisse
 illi, nescio quem confictum à se motum attribuere. Verum cum om-
 nis quæ videtur secundum locum mutatio, aut fiat propter spectatæ rei
 motū, aut videntis, aut certè disparē vtriusq; motionē: crediderim eos
 potius vertigine quadā circumactos, ipsa stella immota loco suo perma-
 nente. Videbatur fortasse illis se mouere: sed certe re ipsa minus pro-
 mouit quàm illa Terentiana amula. Ab ea itaq; meridiana altitu-
 dine si detraxerimus elevationem poli Viennensis 48. gra. 22. scrup.
 reliquum indicabit distantiam nouæ stellæ à polo mundi 28. grad. 22.
 scrup. arcum videlicet AB, quo rursus ex Quadrante dempto osten-
 det arcum BD, declinationem stellæ quæsitam 61. grad. 38. scrup.
 Idem proueniet si cum minima altitudine meridiana stellæ operati fueri-
 mus. Ea enim à maiori subducta, residuoq; bisariam secto, & ho-
 rum altero ex quadrante dempto, emerget dicta declinatio. Sed &
 AC non ignoratur, nimirum distantia poli mundi à polo Zodiaci, quæ
 perpetuo æquat magnitudinem maximæ declinationis Solis 23. gra.
 28. scrup. Angulus CAB rectus est. Sunt enim arcus circulorum
 magnorum, Meridiani, inquam, seu coluri æquinoctiorum, & coluri
 solsticialium, qui se mutuo bisariam, & per polos secant ad rectos: de-
 niq; quia arcus AK & KD. sunt quadrantes, quod 1c. primi The-
 odosij

odosij & 2. definitio undecimi Eucl: demonstrant. Habemus igitur
 triangulum rectangulum ABC . in quo duo latera AC & AB no-
 ta sunt, & angulus ad A rectus, ut demonstratum est. Ergo per
 28. quarti 10. de Monte Regio, de Triangulis, aut per 11. Copcr-
 nici, latus CB innotescet 36. gra. 11. scrup. & angulus ABC 42.
 grad. 25. scrup. cui aequalis est ad verticem angulus EBD per 15.
 primi Eucl. Cum autem CBE sit quadrans, si ab eo abstulerimus seg-
 mentum CB , relinquetur latitudo stellæ BE , 53. grad. 49. scrup.
 quæ quærebatur.

Rursus habemus aliud triangulum BED . cuius duo latera BE
 & BD cum duobus angulis EBD & BDE iam nota sunt. Nam
 BE est latitudo stellæ iam inuenta, BD est Declinatio ipsius, Angu-
 lus EBD aequalis angulo ABC , cui est ad verticem. Sed & angu-
 lus BDE cognitus est 66. grad. 32. scrup. utpote qui metitur ab ar-
 cu AG noto, complemento, videlicet, arcus maximæ declinationi So-
 lis æquali. Quare dabitur etiam per iam citata problemata tertium la-
 tus ED . particula Zodiaci comprehensa inter punctum æquinoctij ver-
 ni, cum quo stellam coelum mediasse diximus, & locum ipsius in Zo-
 diaco, quem determinat arcus circuli magni ex polo Zodiaci per stel-
 lam ductus usq; ad Eclipticam, qui est CBE . quæ particula inuenta
 est 36. grad. 24. scrup. Sic igitur ex sola altitudine Meridiana stel-
 læ per Quadrantem observata, & gradu mediationis cœli ex hora ob-
 servationis per calculum accepto, locus novæ stellæ in Ecliptica depre-
 hensus est 6. grad. 24. scrup. dodecatemoriij Tauri quod initio in-
 vestigandum proposuimus, & est profecto pulcherimum. Alias huius
 stellæ observationes, quas per tuum Radium sub finem mensis Martij,
 ad reliquas, in asterismo Cassiopeæ, stellæ, te præsentis, dimetitus sum:
 alteri loco & tempori reseruanda esse censeo. Etsi enim demonstra-
 tiones ex illis deductæ non minus sunt pulcherrimæ iucundissimæq;
 quàm quæ hic à nobis posita est: tamen, brevitatis causa, eas omitte-
 re oportuit. Non dissentiunt autem à præsentis demonstratione, ne vni-
 co quidem scrupulo, in longitudine. In latitudine, hæc præsens, saltem
 tribus scrupulis primis alteram illam superat: quod pro nihilo reputari

debet: imò quia diuersæ habitæ observationes, altera ab altera trimestre distans intervallo, diuersisq; vijs institutæ, ita in vnum consentiant conspirentq;, certissimum nobis veritatis argumentum produnt: quod nullus mortalium, ob euidentiã Mathematicarum demonstrationum euertere poterit: ut etiam vel hinc manifestæ vanitatis coargui possint omnes, qui secus quàm à nobis de loco & motu stellæ posuimus, inuincibilibusq; Mathematicis rationibus demonstratum est, de ea statuere velint.

Porro de Parallaxi, si quam hæc stella habet, nihil nunc accuratius, præter communes quasdam coniecturas probationesq;, ex euidentibus illis demonstrationibus, dicere possum. Est, fateor, scientia eiusmodi parallaxeos, ut omnium maxima, ita difficilima. Quicquid enim de loco, seu distantia stellæ à terra, adeoq; natura ipsius dici possit, id omne ex unica noticia parallaxeos promanat. Verum pro inuestigatione illius, plura quedam Data & considerationes erant necessariae, quarum si mihi copia dabitur, etiam hunc laborem, licet maximum difficilimumq;, flagranti veritatis cognoscendæ desiderio, & diuinæ benignitatis erga humanum genus in hac parte, patefaciendæ studio, quantum præ alijs meæ vocationi debitis laboribus licuerit, non subterfugiam: præsertim si meum laborem gratum alijs fore cognouerim: neq; me alius eo labore liberauerit, aut antecuerit. Nunc sufficiat locum huius stellæ in Zodiaco secundum longitudinem & latitudinem demonstrasse, qui tantisper pro loco viso & vero accipiat, donec alij, his nostris, meliora certioraq; protulerint.

Nos interea sedula & pia contemplatione huius diuini ostenti, de voluntate Dei erga nos, & de ira ipsius aduersus peccata nostra serio cogitemus: & commemoratione exemplorum, admonitionum, & consolationum in verbo Dei editarum, magnitudinem impendentium periculorum metiamur non otiosis animis: & ardenti pectore, verisq; gemitibus Deum, pro mitigatione pœnarum, oremus. Vehementer errant: signumq; edunt obstinati & reprobi animi: qui lippis oculis intuentur hanc facem: & mente secura, suis solummodo delicijs indormientes eam contemunt: quasi vel nihil significet: vel Deus & natura frustra

*stra faciat aliquid: quorum iudicia non hominis, sed potius stolidi
Mide, & alicuius Epicuri de grege porci ingenium demonstrant.
Nam si defectio luminis, in Sole, vel Luna, sunt secundum naturam
tantum: si Cometarum apparitionis quales quales ratiunculae & cau-
se Physicae dari possunt: quomodo implebuntur scripturae, & imprimis
verba ipsius Christi Domini: Erunt signa in Sole, Luna, & stellis?
Certè hæc nostra securitas, & contemptus iudiciorum iræ Dei, sunt
non obscura argumenta maximæ rerum omnium conuersionis. Sic olim
Iudei ante Hierosolymæ calamitates, vel pseudoprophetis credebant,
vel omnia interpretatione falsa eludebant. Et sicut quondam Amyclas
perdidit silentium, ut est in prouerbio: Ita Christianos euertet secu-
ritas. Ignauus hominis est iudicium inani formidine longinquarum mise-
riarum perturbari animo, & ut dicitur, ante tubam trepidare, sibiq;
ante tempus accersere miseriam: cum singula quæq; dies nouas subinde
germinet pariatq; afflictiones: præsertim cum sæpenumero plus in pa-
nore illo Panico insit incommodi, quàm in re, quæ metuenda animo cf-
foemmato & curioso concipitur: sed etiam omnia opera Dei contemne-
re, præsertim quæ præter usitatum & consuetum morem, vel vche-
mentius ingruunt, vel insolenti tempore apparent: nescio utrum ma-
gis stulticiæ, an verò Diabolicæ contumaciæ erit argumentum. Non
male profectò hisce temporibus accommodari posset Horatiana illa
Ode, qua corruptos suæ ætatis mores insectatur, inquiens:*

*Delicta maiorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris
AEdesque labentes Deorum, &
Fœda nigro simulachra fumo.*

Et paulo post:

*Fœcunda culpæ sæcula, nuptias
Primum inquinauere, & genus, & domos.
Hoc fonte deriuata clades
In patriam, populumque fluxit.*

*Imò non desunt, quibus nec ara, nec fides, nec vlla durans foede-
ra, ut cum Aristophane loquar. Si quid tamen boni portendit hoc
lumen*

*lumen: crediderim quod magno nobis constabit: cum alias uni bono
semper duo mala communiter à Dijs adijci soleant. Cassiopen sibi
enim ex omnibus astris delegit: quæ Regina Æthiopum fuit: suoq;
tempore mulierum extitit formosissima: ita ut Nereidibus Nymphis
se anteferre non vereretur: attamen, Quod alta petiuit: Vertice Cas-
siopæ verso inter sidera fertur, ut est in versibus Thomæ Rhadmi. Sed
hæc fortasse Poetica, & idcirco fabulosa sunt, eorumq; significatio ma-
gis videtur recondita, quam ut ex prouida quadam coniectura, &
artis Astrologicæ adminiculo, explicari possit, debeatq; euulgari. Qua-
mobrem tibi, mi Reisachere, cum alijs doctioribus hunc nodum dissol-
uendum siue diffecandum relinquo. Vineta egomet cædam mea cum Ho-
ratio: & præparabo animum meum ad ferendam communem sortem
à Deo nobis destinatam.*

*Vocauit olim Deus Magos ad se, nouo illis fidere proposito. Quid
prohibet dicere, nos quoq; hoc ostento à terrenis & elementalibus
ad coelestia, à caducis ad æterna, à tenebris ignorantie & varietate
humanarum opinionum, ad lucem illam inaccessam, & stellam veræ
scientiæ, quæ est Christus filius Dei, vocari & impelli? Idem enim
est nunc, qui tum erat, Abraham Isaac & Iacob, Deus: misericors,
inquam, & miserator Dominus, tardus ad iram, ac multæ bonitatis:
cuius Spiritus ubi vult spirat: vocemq; eius audimus: unde veniat ta-
men, aut quo vadat, quemadmodum non scimus: ita de prouidentia ip-
sius dubitare non debemus: si Christiani esse magis, quam dici, malumus.
Hæc habui: quæ de hoc nouo lumine tibi exponerem in præsentia: si-
quidem meam desiderare videbaris sententiam: quam ut in dextram ac-
cipias partem abs te amanter peto. Eruditorum enim, ut liberum, ita
verum candidumq; sit oportet iudicium. Bene vale. Ex in-
quilinatu nostro Viennæ 8. Aprilis, Anno*

UB WIEN



+AM342865706



www.books2ebooks.eu